cerem sub tuitione appellationis et interpositae citationis
stantes (licet ex adverso assertam exequtionem seu rem uti
dicitur liberatam solutionis offerebant) commisisse et successo-
res eiusdem detineri quod quidem non satis moleste ferentes
Fid. Vris mandamus id habere volentes ut ac primum ijs
ipsis mandatum nostrum literis requisitae fuerint dictos
successores tanquam homines possessionatos ex eiusmodi carceribus
dimittant et ius suum ipsos prosequi usque ad cognitionem
et decisionem causae per eos ea in parte faciendi permit-
tant et nihil contra iuris communis praescriptum stante ap-
pellatione facere praesumant idque pro gratia nostra et dictionem ex-
gantes officii sui [illegible] debito

Tutoria personae civilis ubi se quoque Nobiles ad eandem trahunt

Sigismundus III Dei gratia etc.

Significamus etc. quia nos pro authoritate et superioritate
nostra Regia quae nobis super quosvis pupillos et orpha-
nos competit Nobili N. nobilis olim N. filio suo minorenni-
um ex Honesta N. ipsius legitima coniuge procreato tanquam
haeredi legitimo dicti defuncti N. bona certa fiendi in iurisdi-
ctione Civili N. habentis inhaerendo testamentariae ordinatio-
ni dicti olim N. a nobis confirmatae ratione eorundem bonorum
Civilium iuri Maydeburgensi subiectorum in tutricem et bo-
norum eorundem mobilium et immobilium in iurisdictione civili N.
consistentium administratricem Honestam N. ipsius N.
matrem legitimam una cum Famatis N. N. civibus Avunculis
ipsius N. dari et constitui esse putavimus uti quidem da-
mus et constituimus hisce literis nostris dari et conce-
dimus tam praedictae N. quae testamento dicti N. tutrix est
constituta quam etiam adiunctis a nobis memoratis contuto-
ribus illius plenam ac omnimodam facultatem bona di-
cta eius ipsius pupilli administrandi tutandi eorum nomi-
ne iure agendi praedictum pupillum [illegible] educandi bono et
commodo illius providendi ac alia omnia et singula bonorum
tutorum officia iure Maydeburg. descripta exercendi offi-
ciumque bonorum inventarium faciendi ita tamen ut teneantur
eidem pupillo posteaquam ad annos legitimos aetatis pervenerit

Sufficientem administratorem tutellae[?] ... facere salvo tamen iure proximiorum si qui ex iuris Magdeburgensis praescripto ad eo ... gerenda tutoris munus ... habere se probaverint In cuius rei fidem sigillum etc.

Mandatum ad Tenutarium super praestan[da] defensione bonorum et personarum Civium

Generose N Capitaneo nostro N et in absentia illius locum tenenti Fid. nobis dilecto gratiam nostram Regiam Generose Fid. nobis dilecte Intelleximus ex querella nomine Honestae N olim nobilis N qui fundorum certorum in Civitate nostra N possessor fuit ac ibidem quoad vixit domicilium habuit relictae viduae ipsiusque filii superstitis minorennis N ex eadem N progeniti quod Nobilis N privata sua quadam potestate contra testamentarium ordinationem dicti olim N a nobis confirmatam Fundum quendam iuri Maiestatis debitum subiectum in fundis iurisdictionis civilis N constitutum ipsius olim N proprium non solum occupaverit verum etiam corpus ipsius defuncti in eodem fundo contentum ... sepeliendum non admiserit a qua parte ut autoritatem nostram interponere et opem ferre dignaremur nobis est pro parte ipsius viduae suique filii diligenter supplicatum Quam supplicationem nos aequam esse censentes simulque nemini licitum esse fundorum alienorum iniuridicam occupationem iudicantes Mandamus Fid. Tuae id habere volentes ut pro officio suo quo a nobis perfungitur ne quid dictae viduae ipsiusque filio pupillo contra praescriptum iuris communis testamentariamque olim N ordinationem a nobis confirmatam per quempiam violentia inferatur diligenter provideat et ab eadem inferenda tueatur bona eadem occupata tanquam eorum propria eisdem libera mittantur corpori sepultura non interdicatur usus fructusque bonorum concedatur ipse vero N si quid iuris ad id se habere praetenderit debita via et ordine iuridico agat et ius suum prosequatur a qua parte habit. Fid. tua omnem eamque diligentem operam ut iustae voluntati nostrae satisfiat et ut dicta vidua cum suo pupillo filio ab eiusmodi iniuria et violentia quampimum vindicetur idque pro gratia nostra et dei erga nos officii debito Datum etc.

Mandat ut introm in bona iure Caduco obtenta tradant aut super cognitionem iur. Fis. ad S.R.M. remittant

Spectabilibus et Famatis Burgrabio Proconsulibus